



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Symbola Trinitatis, Id Est Trinitatis diversarum rerum, ex  
Veteris ac Novi Testamenti Scripturis, Historijs &  
exemplis; nec non congruentioribus rerum naturalium  
similitudinibus conscripta ...**

**Duplan, Theodore**

**Ruraemundae, 1663**

76. Trium puerorum hymnus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12221**

(43)

Ipse Noë , stirpis nostræ reparator & orbis ,  
Fluctuat iratas anxius inter aquas.  
Rictibus obijceris Daniel velut esca , Leonum ,  
Conjugis opprobrium te Jobe , simus habet.

S Y M B O L U M 75.

Tres pueri. Daniel. 3.

*Ananias, Misael & Azarias nolentes adorare statuam, quam  
Rex Nabuchodonosor erexerat, ligati mittuntur in forna-  
cem ignis ardentis, in quâ illæsi manentes benedicunt Domi-  
num. Habetur pro symb. apud Chrys. tom. 4. pag. 618. &  
alios.*

**D**Esine Rex pueris moliri incendia ternis ,  
Quos Triadi sacros (a) entheus urit amor.  
Effere mente bisons , fera mox amensquè futurus,  
Nil tuus ignis obest , ignis in igne perit.  
Una trium virtus , laus una , unusquè triumphus ,  
Ignea vis Triados rore subacta jacet.

(a) *Commentatores Dan. 3. v. 51. & 52.*

S Y M B O L U M 76.

Trium Puerorum hymnus. Ibidem.

*Tunc hi tres quasi ex uno ore laudabant Deum.*

**T**Res pueros lambit fervens Babylonica fornax  
Ignibus , hymnidicum tres cecinere melos.

In

(44)

Invitant socios ad cantica , quidquid & orbis  
Ad Triadis laudem , summus & imus habet.  
Ignescant , o tyranne tuis tria corpora flam mis ,  
Mens Tri-potens mentes tres rapit igne suo.

S Y M B O L U M 77.

Tria tempora  
*Quibus Daniel interdiu orabat.*

**P**ople ter flexo vates curuatus adorat  
Dans Triadi quovis vota precesquè die.  
Beltsasarem , Christi pia turba secuta Prophetam ,  
Dedicat æterno (a) tempora terna Deo ,  
Quisquis amas Trinæ Monadis captare favorem ,  
Hanc vicibus , quavis luce , precare tribus.  
(a) Videlicet mane , meridie , vespere , in cuius memoriam triplex pulsus , & triplex ictus campane datur apud Christianos .

S Y M B O L U M 78.

Tres principes. Dan. 6.

Placuit Dario , & constituit super regnum satrapas centum vi-  
ginti , & super eos Principes tres , ex quibus Daniel unus  
erat , ut satrapæ illis redderent rationem , & Rex non su-  
stineret molestiam .

**D**arius (a) tribus imposuit moderamina rerum  
Supremis Ducibus , Principibusque viris.

Totius